



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

XV. Ratiocinatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIUG.

gare, id Diabolo impudentissimo imputandum est, miserimos homines tam horribiliter fascinant.

XV.

RATIOCINATIO.

Si oportet Episcopum unius uxoris esse maritum, Iohannes Euangelista cælebs, non fuit Episcopus.

Sed Iohannes Euangelista cælebs, fuit Episcopus.

Ergo non est de necessitate, ut Episcopus sit maritus.

Respondeo. Maior est fanatica, & non habet firmam cohererentiam. Nam & oportet Episcopum esse unius uxoris virum: Est enim hæc regula à Paulo per Spiritum sanctum tradita: Et Iohannes cælebs, fuit verus Episcopus. Regula autem illa superior, & communis, non tollit exceptionem, quam nulla lex humana facere debet, sed quam ipse Deus facit. Excipit autem eos TANTVM, quibus DAT peculiare & miraculosum donum castitatis. Ergo hæc peculiaris exceptio, non pendet à lege humana, sed à mi-



## SACERDOTVM.

à miraculoso Dei dono. Debent igitur omnes Episcopi & sacerdotes, quibus hoc miraculosum donum NON est concessum, iuxta Pauli sententiam, vnius uxoris mariti existere.

Impie itaq; facit Antichristus, quod contra S: Pauli, tanti scilicet serui Iesu Christi, manifestam doctrinam, legem vniuersalem statuit, quod omnes sacerdotes ab honesto matrimonio abstinere debeant, ac voto seu Iuramento eos adstringit, quibus quidem a Deo non est DATVM, ut possint mente & corpore caste viuere, estq; reuera illa Cacodemonum doctrina, de qua idem Apostolus Christi x. Timor: 4. prædicat, & istis infamibus Nominibus, autores atq; exactores istius legis, de prohibitione Coniugij in certo vita genere, publicè insignit. Vocat enim ipsos, Spiritus impostores, & addit qui sint inspiratores, nempe Damonia. Debebant autem ad hanc tam perspicuam Prophetiam Apostoli gentium, aut potius ipsius Spiritus sancti, cohorescere pontificij, ac legem illam absq; mora abolere. Sed idem Apostolus docet, Diabolum esse efficacem in filijs incredulitatis. Papatius nimis profunde sese in Antichristi notas immergit, ut ipsi sit difficile eluclari.

XVI.

Aa 5 RATI